verso

amiserunt. et ad pristinum paganismum
ex maxima parte redierunt. Igitur an
no dominice incarnationis cc.xcij maximi
anus imperator herculius ~~gallorum~~ propter
gallorum frequentes tumultus thebeos mi
lites ab oriente in auxilium accersiuit.
Hi thebei ab antistite Jerosolimitano
fuerant baptizati. deinde a beato mar
cellino papa romano qualiter sub ar
mis romane libertatis christianam inno
centiam custodire deberent instructi.
Prelati sunt autem huic legioni duces
duo. quorum unus tyrsus. alter sanctus uoca
batur et mauricius eiusdem legionis
primipilarius. Pilam in signo constitu
isse ~~fertur~~ augustus propter nationes sibi
in cuncto orbe subiectas. ut malus fi
guram orbis ostenderet. et inde dicitur
primipilarius qui primus ferens pilam.
Quorum ordine et nomine sanctus apud ui
ctumiligaun̄ italie castrum martyrio fini
uit uitam. ~~Tyrsus autem cum suis pluri~~
~~mis sociis et militibus~~. Mauricius uero
apud agaunum opidum cum sociis suis
uictimatus occubuit. Tyrsus autem cum
suis plurimis sociis et militibus in treberim
deuenit. ibique in campo martio castra
posuit. Ubi ab eiusdem ciuitatis christianis
simis principibus christianitatis et pacis sig
na in ipsis cognoscentibus christiane et ami
ce hospitaliter et oneste. summa que in
deo est ordinante hoc caritate recepti sunt
his ergo principibus dum causa sue ab orien
te profectionis. suique ad hunc locum peruen
tionis flebiliter retulissent. eorumque consi
lium simul et auxilium humiliter postu
lassent. flagrante sancti spiritus ardore. adeo
corda omnium et ciuium et hospitum in
dei amore succensa sunt. ut ad mortis

Isidor. lib. 15 Etymolog. cap. 3

magis per christi amore susceptionem quam
ad idolorum uenerationem uel christianorum
oppugnationem. se animas prebere inui
cem exhortarentur. Qui dum ergo sancte exhor
tationis armis se inuicem munierant.
cum ecce Rictiouarus a maximiano im
peratore treberorum prefectura donatus ean
dem urbem maximo militum agmi
ne stipatus intrauit. Qui uocans ad
se in primis quorum causa peruenire thebe
e legionis christianos. interrogauit utrum
uellent romanorum deos adorare eorumque
detrectatores armis subiugare. Cumque cum
dux legionis tyrsus respondisset. se su
osque omnes et socios et milites pro christi amo
re malle mori. quam huiusmodi sacrile
gio pollui. Rictiouarus [diffusus] effusus per totum
campum militibus omnes precepit interfici.
et corpora eorum feris / auibus deuoranda
relinqui. Ex his [innumeris] innumeris tanta multi
tudo ad litus moselle iuxta capitolium
martirizata est. ut sanguinis defluen
tis riuuli in mosellam aquis permixti
eas in suum colorem conuerterent. ut na
turali claritate remota. pro signo magis
quam proprio colore ruberent. Inhumatis e
tiam tunc sanctorum corporibus unda prebebat
tumulum. quo redeunte compage [grata] membrorum
futuro eam representaret iudicio.
Hoc idem capitolium postea in honorem
dei genitricis semperque uirginis Marie est
dedicatum. et ipse locus ob memoriam
martyrum. litus ad martires nomen
accepit. Hanc cedem Rictiouarus exer
cuit uidelicet tyrsi ac sociorum eius di
e iiii. nonas octobris. sequenti autem
die palmatium consulem et patricium
ciuitatis cum xi. principibus eius occi
dit. Quorum nomina hec sunt. Maxentius.